Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



lecta sunt spolia assyriorum a plo israel.
Porro autem universa quæ holocaustis
pertinebant fuisse, parata sunt. dederunt
iudith. mauro. argento. vestes
illi. et gemmas. omnem supellectilem.
et tradita sunt illi omnia a populo.
Et omnis plebs gaudebat cum multi
tudine. et iucundis. et iuvenibus. et or
gano. et citharis. Capitulum. xvi.
Tunc cantant canticum hoc
domino iudith. dicens. Incipite domino in tympanis. can
tate domino in cymbalis. modulamini illi psalmum nouum. exaltate. et invocate nomen eius. Dominus
confringens bella. dominus nomen illi est.
qui posuit castra sua in medio populi sui. ut eriperet nos de manu omnium
inimicorum nostrorum. Venit assur ex mon
tibus ab aquilone in multitudine fortitudinis suæ. eius multitudo obturauit torrentes. et equitatus eorum cooperuerunt ualles. Dixit se incendere fines meos. et iuuenes meos occidere
gladio. infantes meos dare in prædam. et virgines meas captiuitatem.
Dominus autem omnipotens eos
tradidit illum in manu feminæ. et
fudit eum. Non enim ceciderunt potes
tates a iuuenibus. nec filii tyrannorum percusserunt eum. nec excelsi gigantes
inposuerunt se illi. sed iudith filia merari. in specie faciei suæ dissoluit eum.
Exuit enim se uestimento uiduitatis.
induit se uestimento lætitiæ. in ex
ultatione filiorum israel. induxit faciem
suam in gemitu. rigauit genuinos
suos mitra. ad decipiendum illum.
Sandalia eius rapuerunt oculos eius.
pulchritudo eius cæpiuam fecit animam
eius. Amputauit gladium cervicem
eius. Horruerunt persi audacia eius.
et medi audacia eius. Tunc illi
laiuit castra assyriorum. quæ apparuerunt
humiles. et arescentes in sitis. filii
puellæ. persequuntur eos. et sic pros
tigientes ceciderunt eos. Perierunt
in prelio a facie domini mei. hymnum
nouum cantemus domino. hymnum
nouum cantemus deo nostro. Adonai domine
deus magnus es tu. et pulchrus in fortitudine tua. et quem superare nemo potest.
tibi seruiet omnis creatura tua. quia
dixisti. et facta sunt. misisti spiritum tuum. et creata sunt. et non est qui resistat uoluntati tuæ. Montes a fundamentis mouebuntur cum aquis. petræ sicut cera liquescent ante faciem
tuam. Qui autem timent te. magni
erunt apud te omnia. Ve genti insurgenti super genus meum. Dominus et
omnipotens iudicabit inimicos. in die iu
dicii visitabit illos. dabit enim ignem et uermes in carnes eorum. et u
rentur. et sentiant usque in sempiternum. Et cum esset post hæc omnis populus
post victoriam. uenit ad urbem a
dorare dominum deum. et mox ut purifi
cati sunt. obtulerunt omnes holocaus
tomata. et uota. et munuscula sua.
Porro iudith universa arma uelli
ca holocaustis quæ dedit illi populus. et co
operum quæ ipsa abstulerat. in ana
thema oblationis tradidit. Erat
autem populus iocundus secundum faciem sororis
et per menses gaudium uirginum uictoriæ
celebratum est cum iudith. Post
dies autem hos unusquisque redit in sua.
et iudith magnificata est in bethulia.
et pulchra erat in uniuerse terra israel. Erat
etiam uirtuosa castitas adiuncta. ita
ut non agnosceret uirum omnibus diebus
uitæ suæ exquo defunctus est manas
ses uir eius. Erat autem dies festus
pestilens cum gloria magna. Mansit
autem in domo uiri sui annos centum.